DE

ELEPHANTIASI ARABUM.

DISSERTATIO
INAUGURALIS CHIRURGICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA

GRYPHICA

PRO SUMMIS

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET
ARTE OBSTETRICIA
HONORIBUS

RITE IMPETRANDIS

IE XXVII. MENS. JANUARII ANNI MDCCCXLIV

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GUILELMUS SCHULTZE

GUESTPHALUS.

OPPONENTIBUS:

H. WESTERSCHULTE, MED. ET CHIR. DR.

W. MEYER, MED. ET CHIR. DR.

J. BRUCHAUSEN, MED. ET CHIR. DRD.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

PARENTIBUS

OPTIMIS, DILECTISSIMIS

AD CINERES USQUE VENERANDIS

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

SACRAS ESSE VULT

FILIUS.

§ 1.

In iis, qui artem medicam tractant, libris Ele-
hantiasis seu Elephantiae nomine duos diversissimos
ter se morbos appellari invenimus, qua quidem in
: causa inesse videtur, cur medici illos morbos
epissime vel confuderint vel etiamnunc confundant.

Alterum igitur morbum, qui, si conformatus
m est, sive majoribus sive minoribus tuberculis
scis se manifestat, qui a variis maculis incipit et
im crinium decisione et sensibilitatis deminutione
onjunctus est [1]), a Graecis primum et praecipue ab
retaeo [2]) descriptum invenimus, unde Elephantiasis
raecorum et nostra aetate etiam lepra tuberculosa
nominatur.

Alterum morbum, qui telae cellulosae subcu-
neae sive majorem sive minorem intumescentiam
nstituit, ad quem nonnunquam accedit cutis ipsius
generatio [3]), Arabes primum et quidem praecipue
hazes [4]) et Avicenna [5]) nobis descripserunt, qua
causa Elephantiasis Arabum appellatur.

---

1) Practische Darstellung der Hautkrankheiten von A. Cazenave und H. E. Schedel; aus dem Franz übers. p. 332.

2) Aretaei diuturn. morb. II. c. 13.

3) Cazenave et Schedel d. c. W. pag. 469.

4) Opera parva Albubetri Rhazis etc. Lugduni 1510. Ad Almansorem cap. 93. fol. 181 et Divisionum c. 107 .fol. 49.

5) Avicennae opera lib. III., fen 22. tract. 1, cap. 18.

Elephantiasis nomen, ductum ex Graeco ἐλέφας: elephantus, primum usitatum legimus a Graecis, qu eo nomine illum, quem antea breviter descripsimus morbum designabant. Cujus de nominis ratione non omnes scriptores inter se conveniunt. Alii quidem illi morbo ea de causa nomen inditum esse putant, quod, ut elephantus omnes quadrupedes, sic Elephantiasis omnes morbos magnitudine superaret, id quod hisce verbis eloquitur Macer de virib. herb. cap. 15:

Est leprae species, Elephantiasisque vocatur,
Quae cunctis morbis major sic esse videtur,
Ut major cunctis elephas animalibus exstat.

Alii morbum idcirco illo nomine appellatum esse putant, quod cutis eorum, qui Elephantiasi Graecorum affecti essent, elephantorum cuti similis videretur.

Apud Arabes postea autem alteri morbo hoc nomen ideo fortasse attributum esse reperimus, quod morbi (si quidem respicis ad adauctum affectae partis volumen) similes inter se sunt, aut fortasse, quod extremitates inferiores (quarum Elephantiasin veteres scriptores solam cognosse videntur), si hoc morbo sunt affectae, elephantorum pedibus quodammodo similes fiunt.

§ 2.

Quamquam autem illi morbi tam saepe confunduntur, tamen ab aliis scriptoribus plane eos distingui videmus.

Post Rhazem quidem imprimis Prosper Alpi-us bene eos distinguit, quippe qui morbum alterum lteri opponat; nam Elephantiasin Graecorum in Aegypto accidere dicens ita pergit[6]): „Vagatur t *altera* Elephantiasis, ut nuper etiam dictum est, ua correpti pedes tumidos magnos atque deformes abent, elephantium maxime similes, cruribus tu-iefactis etiam conjunctis."

Sennertus[7]) quoque alterum morbum ab altero robe disjungit dicens: „Qualis affectus sit Ele-iantiasis et Elephantia Graecorum, lepra Arabum, ıp. cap. 40. dictum est. . . . . Alterius vero Ele-iantiae, cujus ne verbo quidem meminerunt Graeci, rabes passim mentionem faciunt cet."

Postea eum, quem nominavimus, morbum in sula illa, cui nomen est „Barbados", endemicum se medicus Anglicanus William Hillary[8]) narrat ımque bene et describit et ab altera Elephantiasi stinguit. Nam dicit: „Neminem Graecorum medi-ırum hunc morbum nobis descripsisse puto, aut ıemquam Arabum praeter Rhazem, qui maturum ıs stadium bene describit."

---

6) Prosperi Alpini Medicina Aegyptiorum. 1719. cap. XIV. pag. 56.

7) Sennerti practic. medic. libr. V. 1652. cap. 45. pag. 192.

8) Observations on the changes of the air and the Epidemical Diseases in the Ifland of Barhadoes by W. Hillary. 1766. pag. 310.

Etiam Larrey [9]), qui illum morbum in Aegypto observavit, eumque recte describit, ut statim Elephantiasis Arabum ex illa descriptione cognoscatur, quique hunc morbum opponit leprae (cui et Elephantiasin Graecorum, quam medici Francogalli etiam „*lepre tuberculeuse*“ vocant, simul adnumerat) utrasque formas disjungit. Nam multis nominibus illum morbum a lepra differre contendit.

Praeterea utrumque morbum a Rayer [10]) optime distinctum invenimus, qui, quum de diagnosi Elephantiasis Graecorum loquitur, hunc morbum omnino ab Elephantiasi Arabum sejungendum esse vult.

Ipse Hensler [11]), qui unam tantum Elephantiasin existere contendit, eamque speciem leprae esse putat, dicit: „*Nicht jede einem Knollbein und einer Knollhand ähnelnde Geschwulst darf aussätziger Natur sein*“ et ut hanc sententiam documento affirmet, morbi casum, in quem agricola quidam incidit, enarrat; hunc vero morbum omnino Elephantiasin Arabum fuisse praecipue e causis, quibus malum ortum esse dicitur, perspicuum est.

Omnino sejunctim illos Elephantiasis nomine designatos morbos a Cazenave et Schedel [12]) tracta-

---

9) Mémoires de Chirurgie militaire et Campagnes de Dr. Larrey. tome II. pag. 88.

10) Traité théoretique et practique des maladies de la peau par Bayer. tome II. pag. 307.

11) Phil. Gabr. Hensler, Vom abendländ. Aussatze im Mittelalter etc. 1790. pag. 336. Anmk. 92.

12) Cazenave et Schedel op. cit. pag. 337 et 469.

os esse constat. Hi enim in systematica morborum :utis adumbratione Elephantiasin Graecorum in clas- im tuberculorum ponunt, Elephantiasin Arabum utem in appendice tractant, in qua eos morbos de- cribunt, qui sua ipsa natura nulli classi adaptari ossunt.

§ 3.

Quamquam Elephantiasis Arab. omnibus fere xternis corporis partibus inhaerere potest, tamen aepissime in una extremitatum inferiorum, rarissime imul in utraque extremitate, atque in scroto apparet. Deinde apud feminas majora pudendi labia, etiam xtremitates superiores, abdominis parietes, faciem omprehendit. Hillary [13]) capitis cutem, aures, col- ım et in alio casu inferiorem spinae dorsi regionem, s coccygis, inferiorem regionum lumbalium partem ffectam vidit.

Partim ob hanc sedis diversitatem, partim ob pinionem, quam medici de ejus natura ceperunt, ıorbus variis nominibus est appellatus. Identitatem ıtem omnium horum diverse nominatorum morbo- ım Alard [14]) luculentissime ostendit.

Prosper Alpinus [15]), qui Elephantiasin pedum oc nomine bene describit, eandem quoque affectio-

---

13) Hillary op. cit. pag. 313.

14) De l'inflammation des vaisseaux absorbans lymphatiques dermoïdes et souscoutanés par M. Alard. 1824. cap. III — X. incl.

15) Prosp. Alpin. op. cit. pag. 56.

nem scroti memorat, hanc autem „herniam carnosam“ appellat.

Severinus [16]) describit Elephantiasin extremitatum inferiorum, quam tamen „oedemosarca“ et Elephantiasin penis, quam „myxosarcoma“ nominat.

Kämpher [17]), qui morbum in ora Malabarica observavit, ejusque praecipuas formas sc. Elephantiasin pedum et scroti bene exponit, priorem morbum (quem incolae „*perical*“ nominant) „paedarthrocacen“, posteriorem (cui incolae nomen „*andrum*“ imposuerunt) „hydrocelen“ appellat.

Apud Japonenses, ubi morbus cum colica incipit, quam in viris tumor scroti, in mulieribus tumor labiorum pudendi majorum sequitur, „*senki*“, (a Francogallis etiam „*colique de Japon*“) nominatur.

Hendy [18]), qui morbum post Hillary in insula Barbados observavit, eum „*the glandular disease of Barbadoes*“ dicit, quod causam proximam ejus in vitio glandularum lymphaticarum quaerebat.

Elephantiasis scroti, quae a Gallicis medicis, qui expeditionem una cum exercitu in Aegyptum fecerunt, ibi saepissime observata est, ab iis, imprimis a Larey [19]) „*sarcocèle*“ nominatur.

16) Marci Aurelii Severini de recondita abscessuum natura 1724 lib. IV. cap. 3 et 4.

17) Kaempher, Amoenit. exotic. fasc. 3. observ. VIII. bei Alard. pag. 134.

18) A Treatise on the glandular disease of Barbadoes by I. Hendy 1784.

19) Larrey lib. cit. pag. 110.

§ 4.

Symptomata, quibus Elephantiasis Arabum vulgo anifestatur, sunt haec:

Aegrotus, qui eousque bene valere solitus erat, xtemplo gravem dolorem sentit, qui cursum vasoum lymphaticorum sequitur, quae mox durae et ten-e chordae instar apparent, rubescunt et ad duras em et tumidas glandulas lymphaticas decurrunt. In fecta parte inflammatio erysipelatosa oritur, qua iam tela cellulosa subcutanea plerumque simul affitur, ita ut affecta corporis pars intumescat. Hisce mptomatis localibus sive magis sive minus gravis adjungit febris, quae magna siti, nausea, vomitu, ultis horripilationibus, interdum etiam delirio est signis. Nonnullis diebus peractis, et febris et inflamatio aut sponte aut remediorum ope ad finem vernt, tumore tantum affectae partis remanente. Aliquo mpore exacto tamen impetus redeunt, affecta pars mper magis tumescit, tumor initio mollis, sensim durus, aut aequalis est, aut singulares partes emintes, quae sulcis sejunctae sunt, ostendit. Cutis itio sana item sensim mutatur, durescit atque tu-rcula, verrucas, aut squamosas sive corneas ex-escentias ostendit. Venae cutis fere semper vacosae apparent. Si morbus inferiores extremitates ficit, saepe (quippe quum hae partes ad hanc rem nt proclives) oriuntur ulcera, quae tamen plerumie superficialia manent. Interdum autem tota fere itis intacta et in naturali statu est. Glandulae lym-

phaticae vicinae saepe tumidae et durae inveniuntur. Corporis pars, quae dicta affectione correpta est, interdum in eodem statu, sine ulla mutatione, per plures annos permanere potest.

Antiquiores, qui de Elephantiasi Arabum scripserunt, symptomata ejus haud accurate tradiderunt.

Rhazes [20]) eam jam conformatam tantum nobis describit, ubi aegrota corporis pars in enorme volumen aucta est. Idem fecit Prosp. Alpinus [21]), cujus descriptio illa, quam Rhazes tradit, inferior etiam habenda est. Ab initio usque ad finem Hillary [22]) morbum accurate descripsit, in universum eadem, quae ante attulimus symptomata, proferens. Eadem fere symptomata memorat praeterea Pet. Frank [23]).

Sub initium Elephantiasis scroti eadem symptomata adesse, etiam Clot-Bei [24]), medicus Aegyptiacus, tradit. Perfecte autem morbi illius symptomata describunt Alard [25]), quem nos secuti sumus, et Cazenave et Schedel [26]).

---

20) Rhazes op. cit. lib. Divis. cap. 107.

21) Prosp. Alpinus, lib. cit. pag. 56.

22) Hillary, lib. cit. pag. 305 et seq.

23) J. P. Frank, Behandlung der Krankheiten des Menschen; aus dem Lat. übers. von Dr. Sobernheim. Bd. I. p. 516.

24) Ueber einige Krankheiten des Orients, Beobactungen gesammelt auf einer Reise u. s. w. von Dr. Jacob Ritter v. Röser 1837. pag. 52.

25) Alard, lib. cit. pag. 236 et seq.

26) Cazenave et Schedel, lib. cit. pag. 472 et seq.

Ab aliis scriptoribus symptomata magis vel mi-
ıs diversum in modum describuntur. Larrey[27]),
ɔi de Elephantiasi scroti disputat, inflammationis
morem praecedentis nullam fecit mentionem, sed
ısa cutanea et cutem ipsam initio tumescere, scro-
mque augeri et, placentae instar, densum fieri dicit.
odem modo etiam Delpech[28]) in casu, quem nar-
t, Elephantiasin scroti sine ulla inflammatione aut
bri sensim oriri vidit, additque etiam Kämphe-
ım Elephantiasin scroti sine inflammatione et febri
ensim exsistere vidisse.

Ex aequali cum febri conjuncta inflammatione
ysipelatosa femoris, quae postea etiam in crus trans-
edieb atur, malum illud in femina oriebatur, cujus
orbi historiam addidimus.

§ 5.

Descriptis symptomatis, quibus exsistat et de-
ırsum faciat Elephantiasis, quaenam sit peculiaris
lius morbi natura, quaerere haud alienum erit. Re-
ɔonsio autem multis impedita est difficultatibus, quum
raesertim visuri simus, plerosque fere medicos, qui
e Elephantiasi scripserunt, de natura morbi varias
xisse sententias. Rhazes, is quem jam saepe lau-
avimus auctor antiquus, de natura morbi, quem de-
ribit, nihil pronuntiat. Prosp. Alpinus[29]), qui

---

27) Larrey lib. cit. pag. 114.

28) Chirurgie clinique de Montpellier etc. par le Prof. Delpech 1828. tome II. pag. 39.

29) Prosp. Alpinus, lib. cit. pag. 56.

pravos pisces Nili, aut multorum lacuum stagnantium evaporationem, nec minus certos fructus et radices esculentas hujus morbi causas esse contendit, e depravatis et pituitosis succis, in extremitatibus inferioribus stagnantibus ibique tumorem efficientibus morbum proficisci arbitratur.

Primam directam de eo theoriam dedit Hillary[30]. Hic enim morbo peculiarem quamdam atque idiopathicam febrem subesse, inflammationem autem et tumorem pedum aut aliarum partium affectarum ex metastasi materiae alicujus criticae a febri secretae oriri; et quamvis subsequentem inflammationem et tumorem ex febri recidiva ejusque imperfecta crisi ortum ducere credit.

Dr. Hendy[31]) Elephantiasin morbum esse systematis lymphatici arbitratur et quidem inflammationem glandularum lymphaticarum. Sequentem autem tumorem infiltrationem esse putat telae cellulosae cum ipsa lympha, quae propter obstructionem glandularum lymphaticarum in vasis stagnet et cellulas ac cavernas hujus telae expleat. Hensler[32]) Elephantiasin, praecipue autem superiorum et inferiorum extremitatum, quam „*Knollhand*“ et „*Knollbein*“ vocat, formam quamdam leprae esse dicit, Hendyique sententiam de aegrotantibus glandulis lymphaticis, ex quibus tumor evadat, refutare studet, sed frustra.

---

30) Hillary, lib. cit. pag. 306 et 310.

31) Hendy, lib. cit. in Alard. pag. 259 et 260.

32) Hensler, op. et loc. cit.

Larrey [33]) quoque Elephantiasin pedum affe-
onem esse vasorum lymphaticorum contendit, ne-
e tamen aequalem, licet maxime affinem, Elephan-
si, in insula Barbados observatae. Dicit enim:
*La maladie glandulaire de Barbados a de l'analo-
avec l'éléphantiasis. . . . . Dailleurs il paraît
ister un très-grand rapport dans l'origine de ces
ux affections et dans leurs résultats. Elles peuvent
nc être de la même nature; mais les climats et la
versité des causes établissent des differens, et ces
fferens ne sont peut-être pas encore assez carac-
risées, pour être regardées comme essentielles etc.*"

Otto [34]), postquam de inflammatione vasorum
nphaticorum dixit, ita pergit: „*Hierher soll auch
e auf Barbados endemische Anschwellung der Füsse
hören.*" Distinctissime Alard [35]) de natura hujus
orbi sententiam tulit. Hic enim inflammationem
sorum lymphaticorum cutis telaeque cellulosae
bcutaneae Elephantiasi subesse contendit, ejusque
ntentiam etiam Cazenave et Schedel secuti sunt.

Nihilominus haec sententia impugnata est a
uilland [36]), qui morbum obliteratione venarum
gni posse ostendit, casum deferens, in quo apud

---

33) Larrey, op. cit pag. 87 et 91.

34) Lehrbuch der patholog. Anatomie des Menschen und der Thiere von Dr. Ad. Wilh. Otto. pag. 368. Anm. 1.

35) Alard, lib. cit.

36) Archives générales de médicine. tome VI. pag. 315; vide Dictionnaire des dictionnaires de médicine, 5ème livrais. pag. 508.

feminam Elephantiasin pedum ex obliteratione venarum cruralium ortam esse narrat. Sententia haec duabus observationibus a Gaide[37]) institutis, qui etiam in Elephantiasi venas invenit obliteratas, probatur. Eandem quoque venarum obliterationem observavit Fabre[38]).

Si contemplamur Elephantiasis symptomata duplicem rationem, qua hic morbus nascatur, statuendam esse, constat. Nam primum morbus ex inflammatione, sive magis sive minus graviore, cum febri conjuncta prodit, et sic veram vel genuinam Elephantiasin semper oriri Alard contendit.

Deinde etiam sensim oritur morbus, sine inflammatione ac sine febri, id quod saepe in Elephantiasi scroti accidit. Talem originem Alard haud memorat, neque omnino hos casus Elephantiasi verae adnumerare videtur, quamquam morbus, hoc modo incipiens, illi, qui ex inflammatione ortus est, postea omni ratione aequalem se praebet[39])

Quod igitur spectat ad Elephantiasin ex inflammatione profectam, causa proxima ejus persaepe, ut Alard putat, inflammatio vasorum lymphaticorum esse videtur; nam si symptomatis et exitui illius inflammationis, quae Elephantiasin antecedit, ea symptomata comparamus, quae in vasis lymphaticis in-

---

37) Id. lib. tom. XVII. pag. 533; vide Diction. des diction. pag. 508.

38) Revue médic. 1830. tom. IV. pag. 39; vide Dictionnaire des diction. pag. 508.

39) Delpech, op. cit. loc. cit.

mmatis obvia sunt, haec in utroque morbo eadem se reperimus. In vasorum lymphaticorum inflamtione glandulas lymphaticas, affectis partibus vicis duras, tumidas, dolentes invenimus. Ab his ndulis proficiscuntur rubrae, durae, dolentes ordae, quae vasorum lymphaticorum cursum seuntur. Huc accedit in affecta parte inflammatio ysipelatosa cutis et interdum etiam inflammatio te cellulosae, subcutaneae, quae affectio localis m febri conjuncta esse solet, cujus gradus vel vehementia vel ab extensione inflammationis pent. Haec symptomata tandem vasorum lymphaorum tumefactio in affecta parte sequitur, quae pissime indurescit. Haec symptomata, quae in sorum lymphaticorum inflammatione observantur, umerat Ill. Berndt [40]). Eodem modo Gendrin [41]) umerat inflammationis vasorum lymphaticorum symmata. Minus copiose eadem ab Otto [42]) afferun, quum de vasorum lymphaticorum inflammatione quens, dicit: Vasa lymphatica inflammata durorum, lentium, in cute rubras chordas procreántium filon instar sentiri. De exitu hujus inflammationis lit, eam raro in gangraenam et supurationem nsire, sed ad indurationem et concretionem proviorem esse, ut intumescentia oedematosa earum

0) Dr. F. A. G. Berndt, Die Lehre von den Entzündungen, Band I. p. 602 u. folg.

1) Histoire anatomique des inflammations, par A. Gendrin. tome II. pag. 87 et seq.

2) Otto, lib. cit. pag. 368.

partium efficiatur et refluxus lymphae impediatur. Inter huius inflammationis exitus Velpeau[43]), qui eam eodem modo describit, enumerat creberrimam indurationem, quam telae cellulosae et infiltratio et tumefactio sequantur.

Contendere igitur licet, Elephantiasis cum inflammatione incipientis initium persaepe inflammationem vasorum lymphaticorum esse, qua lumen vasorum illorum obliteratur, et hanc obliterationem stagnationem lymphae et telae cellulosae infiltrationem et tumorem adducere. Quod autem attinet ad opinionem, Elephantiasin ex erysipelate proficisci, quam quidem sententiam Alard[44]) perversissimam esse contendit, nihilominus nonnulla ad defendendam hanc sententiam dici possunt, id quod hic conabimur. — A compluribus auctoribus inter symptomata in ortu Elephantiasis obvia, illae, cursum vasorum lymphaticorum sequentes chordae nequaquam memorantur, sed tantum narratur, inflammationem erysipelatosam extitisse, id quod Meier-Hoffmeister[45]) de Elephantiasi scroti tradit. Etiam in femina, cuius morbi historiam addidimus, illae, de quibus jam saepe diximus, chordae non animadvertebantur, sed aequalis inflammatio erysipelatosa afficiebat totum femur, deinde in crus progrediebatur,

43) Archives générales de médicine. II. serie, tome VII. pag. 129 — 146.

44) Alard, lib. cit. pag. 322.

45) Zeitschrift f. rationelle Medicin, herausg. von Dr. J. Henle und Dr. C. Pfeufer. Band 1. Heft 1. pag. 70.

que postea Elephantiasis conformata est. In ery-
pelate autem affectae partis tumorem saepe oriri,
ae caeteris vero in illa ersyipelatis forma, quam
edici vocant erxsipelas oedematosum seu oedemato-
s, ubi semper tela cellulosa lymphatico serosoque
uido invenitur infiltrata, constat. Hoc fluidum si
vasis lymphaticis non plane resorbetur sed indu-
scit, huius partis tumorem efficere oportet. — Illud
erysipelate revera accidere Otto[46]) affirmat, ubi
morbis telae cellulosae loquitur hisce verbis:
*Das Zellgewebe ist sehr häufig, in Folge von ent-
ndlicher Ausschwitzung von eiweiss- und gallert-
igen Flüssigkeiten in dasselbe, allgemein oder ört-
h aufgeschwollen und verhärtet. Dahin gehören
dicken Füsse, die nach oft wiederkehrender
lecht geheilter Rose u. s. w. entstehen.*"

Sennertus[47]) quoque inter erysipelatis, quod
remitates inferiores afficit, exitus, enormem pe-
n tumorem prosperrimum eventum memorat.

Profecto erysipelas affectio primaria, inflamma-
autem vasorum lymphaticorum secundaria esse
est; naturae enim maxime congruum est, inflam-
tionem cutaneam (erysipelatosam) in vasa lympha-
cutanea propagari posse, quod eo facilius fieri
est, quod externa vasorum lymphaticorum tunica
tela cellulosa constat.

Praeter illam ex origine acuta evadentem Ele-

---

46) Otto, lib. cit. pag. 89.
47) Sennert, lib. cit.

phantiasin, etiam alia, hujus morbi species occur-rere potest, quae omnino sensim sine inflammatione et sine dolore incipit, verumtamen si conformata est, alteri speciei simillima est. Forsan et haec Ele-phantiasis species ex vasorum obliteratione vel com-pressione diuturna[48]) ortum ducit; facillime vero ejus originem explicare possemus, si sententia ab Henle[49]) proposita, vasa lymphatica paralysi affici posse, probata esset.

Singulari attentione recentioris temporis sen-tentia, morbum ex obliteratione venarum proficisci digna videtur. Haec sententia observationibus, quas ante memoravimus, a Bouilland, Gaide, Fabre factis probatur. Aptissime ex tali obliteratione Elephantiasis origo explicari poterit, quum ab omnibus recentiori-bus physiologis unanimiter accepta sit sententia, non sola vasa lymphatica sed etiam venas resorbere. Itaque si majoris alicujus venae v. c., venae cavae, cruralis, saphenae magnae lumen clauditur, in iis cor-poris partibus, quae sub obliterationis loco positae sunt succorum stagnatio oriri debet, vena impletur, nullam amplius materiam resorbere potest, et lym-pha stagnante mox tela cellulosa repletur et extenditur.

Si ea, quae hactenus diximus, complectimur, in universum credere licet, Elephantiasin ex re-sorptionis impeditione diversis causis effecta, pro-ficisci.

---

48) Henle und Pfeufer, d. Zeitschr. pag. 76.

49) Ders. Werk, pag. 79.

De necropsia hujus morbi nihil dicere illam ob causam mihi proposui, quod occasio sectionem faciendi mihi ipsi data non erat et sectionis ab auctoribus institutae fere semper diversas exhibuerunt observationes.

§ 6.

Si varias species nostri morbi statuere volumus, eas ex varia ejus origine deducere debemus, ita ut Elephantiasin acute et chronice nascentem distinguamus.

De utraque jam in superiore § copiosius disputatum est. Praeter has differentias duae adsunt, quae magis ad morbi naturam spectant, nam Elephantiasis ex succorum stagnatione aut in vasis lymphaticis, aut in venis proficiscitur. Aliam quoque divisionem e sede morbi repetere possumus et hac ratione distingui possunt hae species:

1) Elephantiasis extremitatum inferiorum, quae creberrima est, in qua tamen semper fere altera extremitas tantum est affecta. Crassitudo, ad quam crura hoc morbo laborantia, pervenire possunt, interdum maxima est. Hendy [50]) hujus generis vidit aegrotos, quorum crura ambitum 36 pollicum habebant. Tumor aut aequalis est, aut, ut supra jam diximus, inaequalis et nonnullas eminentias sulcis inter se disjunctas ostendit, quae saepe infra pedes

50) Hendy, op. et loc. cit.

et usque ad plantam pedis descendunt. Cutis pedis aut sana est aut saepius varicosis venis, verrucis, squamosis et corneis excrescentiis obtecta, quae ei in nonnullis locis superficiem quasi holosericam praebent. Saepe sulci, quos nominavimus, ichorem secernunt; saepenumero autem sive majora sive minora ulcera oriuntur, quae lymphaticum quemdam grave olentem ichorem procreant. Planta pedis nunquam morbo simul afficitur, et quamquam dorsum pedis Elephantiasi loborat, in naturali manet statu[51]).

2) Elephantiasis scroti, post superiorem creberrima, et in Aegypto endemica species tumorem maxime varium, interdum autem ad enormem magnitudinem pervenientem ostendit. Vetustissimum hujus formae exemplum invenimus a Dionysio[52]), chirurgo Francogallico descriptum, qui missam sibi a Jesuita quodam Mazaret ex Ponticheri 1710 delineationem Elephantiasis scroti, qua laboravit Malabarus, in publicum edidit, quo in casu scrotum quindecim pollices longum et latum erat. Larrey[53]) complures, quos ipse in Aegypto observavit, casus narrat, ubi scrotum certe 80 Kil. pondus habebat. Scrotum a Delpech[54]) amputatum 54 librarum erat.

51) Cazenave et Schedel, lib. cit. pag. 173.

52) Cours d'opérations de Chirurgie par Dionis. 8ème édition. pag. 300.

53) Larrey, lib. cit. cap. de sarcocèle.

54) Delpech, lib. cit. pag. 21.

In casu ab Aegyptiaco medico Clot-Bei [55]) observato et curato scrotum 23 pollices longum erat et in diametro obliquo 19″ in diametro directo 10″ continebat, et post operationem 110 lib. pendebat. Gaetani [56]) aliud Elephantiasi affectum scrotum amputavit, cui pondus 80 lib. erat. — Cutis scroti aut sana, saepe autem dura et varicosis venis et parvis tumoribus cooperta, variisque coloribus est. Haec Elephantiasis forma saepe etiam cum aliis morbis complicata est, ut Larrey [57]) eam cum Elephantiasi pedum conjunctam vidit in Aegypto. Saepe cum ea et hernia scrotalis [58]) concurrit, saepe hydrocele, rarissime autem degeneratio funiculi spermatici et testiculi [59]).

5) Ut apud marem in scroto, sic apud feminam in majoribus pudendi labiis Elephantiasis existit, quamquam haec forma multo rarior esse solet. Eam observavit et describit Severinus [60]), qui eam eo sanavit, quod tumorem constrictum postero die resecavit scalpello. Larrey [61]) eam in conjuge cujusdam Fellâh Cayri vidit; ambo majora pudendi labia erant affecta et

---

55) v. Röser, lib. cit. pag. 58.
56) Id. lib. pag. 63.
57) Larrey, lib. cit. pag. 113, 116, 123.
58) v. Röser, lib. cit. pag. 62 und Henle's und Pfeufer's Zeitschrift. Band 1. Heft 1. pag. 71.
59) Larrey, lib. cit. pag. 112; v. Röser, lib. cit. pag. 60 et 62.
60) Severinus, lib. IV. cap. 3. pag. 184.
61) Larrey, lib. cit. p. 128.

magnitudinem capitis infantis, ambitum 13″, longitudinem 7″ habebant; cutis passim ulceribus parvis erat obtecta, quae ichorem edebant. Alium casum, in quo tumor feliciter a Dr. Talrich exstirpatus est, Delpech[62]) narrat. Clot-Bei[63]) observavit complures mulieres, hoc morbo affectas, quarum una pudendi labia ponderis viginti librarum exhibuit.

4) Elephantiasis penis raro tantum observatur. Huius morbi Severinus[64]) mentionem facit, qui simul picturam casus Neapoli a se observati et operati profert. Memorabilem sane hujus generis casum describit Gibert[65]); tumidus atque durus penis magnitudinem muli penis habebat; cutis hypertrophica et granulationibus verrucosis obtecta, itemque cutis in regione pubis dura erat. Aegrotus nullum sentiebat dolorem, urinamque mittere potuit. Alium hujus generis casum Biett[66]) observavit, ubi penis quadruplo major erat, quam in statu naturali. Scrotum in talibus casibus sanum manere scriptores contendunt.

5) Etiam in mammis feminarum illum morbum oriri affirmant. Salmuth[67]) feminam memorat,

---

62) Delpech, lib. cit. pag. 68.

63) v. Röser, l. c. pag. 56.

64) Severinus, lib. IV, cap. 3. pag. 183.

65) Dictionnaire des dict. de médicine, livrais. 5. pag. 511.

66) Cazenave et Schedel, op. cit. pag. 475.

67) Dictionnaire des dict. livrais. 5. pag. 512.

cujus mammae usque ad genua dependebant; glandulae axillares ad magnitudinem capitis parvi infantis intumuerant. Alius casus hujus generis a Borel[68]), medico in oppido Castres, observatus est. Cazenave et Schedel[69]) affirmant, nonnullos srciptores contendere, mammas his in casibus sedem fieri scirrhosorum tumorum, qui ulcerari possint et tum insanabiles sint. — Num observatores pro vera Elephantiasi sive malignos, sive benignos mammarum tumores, (id quod e loco a Cazenave et Schedel allato conjicere licet), habuerint, discernere non possumus. Commutatio autem eo facilius fieri potest, quo saepius in mammis tumores varii generis occurrunt.

6) Elephantiasis extremitatum superiorum, in universum non tam crebra est, quam Elephantiasis extremitatum inferiorum. Hillary[70]) complures observavit casus, in quibus brachium sedes erat Elephantiasis. Etiam Hendy tales narrat casus, quarum partem Alard[71]) affert. Quod ad has observationes attinet, morbus eodem modo, quo in extremitatibus inferioribus, cum inflammatione et glandularum axillarium tumore oritur. Tumor et hic aut aequalis est aut eminentias sulcis disjunctas format, sed hic quoque

68) eodem loco.

69) Cazenave et Schedel, lib. cit. pag. 475.

70) Hillary, lib. cit. pag. 313.

71) Alard, lib. cit. pag. 98.

palma manus libera est. In femina quadam, cui crus, Elephantiasi affectum, amputatum erat, eam postea in sinistro brachio ortam esse narratur [72]).

7) Elephantiasis ceterarum corporis partium, rarissima est. Hillary [73]), uti jam ante memoravimus, eam in partibus capitis et abdominis se observasse refert. Alard [74]) apud feminam, cujus extremitates inferiores et superiores nec minus mammae affectae erant, praeterea in variis trunci locis ex solitariis inflammationibus Elephantiasin oriri vidit, et in viro quodam morbum in facie nascentem observavit.

§ 7.

Nec de aetiologia Elephantiasis medici, qui de ea scripserunt, consentiunt. Alii eam contagiosam, alii hereditariam esse voluerunt. Hillary [75]), qui morbum in insula Barbados tantum observavit, illuc primum ab Aethiopibus allatum et sic sensim inter Europaeos propagatum esse putat. Eandem sententiam Hensler [76]) contra Hendy defendit, qui sedem primariam morbi in glandulis lymphaticis quaerit et translationem ejus per Aethiopes negat. Elephan-

72) Cazenave et Schedel, lib. cit. pag. 480.

73) Hillary, lib. cit. p. 313.

74) Alard, lib. cit. pag. 78 et seq.

75) Hillary, lib. cit. pag. 304.

76) Hensler, lib. cit. pag. 326-340.

iasin non esse contagiosam Larrey[77]) contendit. Idem dicit Delpech[78]), qui viros Elephantiasi laborantes cognovit, qui, quamquam cum conjugibus vivebant, in eas morbum non transferebant, et vice versa. Etiam Alard[79]) contagiosae et hereditariae propagationi hujus morbi contradicit, affirmans, matrimonio conjunctos eodem morbo laborare posse, eum vero ab altero conjuge in alterum non transferri, et ex aegrotantibus parentibus liberos sanos nasci posse.

Morbus praeterea compluribus in terris endemicus est, ut in insula Barbados, in Aegypto, in ora Malabarica, in terra Japonensi, in regionibus Francogallicis mari mediterraneo vicinis[80]). Sporadice in tota fere Europa occurrit. Afficitur morbo, sine ullo discrimine, uterque sexus, juvenilis et provecta aetas, quod ex exemplis ab Alard[81]) imprimis collectis luculentissime elucet.

Causas Elephantiasis veteres auctores diversis et saepe miris modis explicare conati sunt; postquam vero Elephantiasis natura ab Hendy et Alard melius patefacta est, hae sententiae inanes videntur, quam ob rem me hoc loco eas praeterire posse existimo,

---

77) Larrey, lib cit. pag. 94.

78) Delpech, lib. cit. pag. 40.

79) Alard, lib. cit. pag. 249—250.

80) Hillary, Hendy, Larrey, P. Alpinus, Kaempher, Delpech, op. cit.

81) Alard, lib. cit. pag. 78—105.

atque recentiores tantum sententias de causis morbi accuratius explicabo.

Hendy [82]), qui in insula Barbados saepissime Elephantiasi affectos Aethiopes observavit, qui male vestiti omnibus aëris mutationibus ideoque refrigerationi expositi erant, ex repetitis et repentinis temperaturae mutationibus morbi origini ansam praebere dicit. — Larrey [83]), (qui Elephantiasin pedum tantummodo fere in Aegypto inferiore, neque unquam fere in Aegypto superiore invenit) plerumque homines, qui in campis oryzam procreantibus occupati erant *(les travailleurs des rizières)* et qui palustres regiones habitabant, illo morbo affici animadvertit, et propterea miasma paludosum inter causas remotas morbi potissimum accusat. Elephantiasin scroti *(sarcocèle)* ex nuda sub indusio positione scroti, ex variis succorum vitiis, item ex syphili degenerata, quae Aegyptiorum scrotum saepissime pustulosi exanthematis instar occupat, gigni putat. De Röser [84]), qui Elephantiasin scroti in eadem Aegypto observavit, causas affert has: nebulosam humidamque tempestatem et temperaturae mutationem frequentem et repentinam; liberam scroti positionem tumoris incrementum adjuvare idem arbitratur.

Alard [85]) neque nutrimentis, neque mala aqua potatoria morbum produci putat, neque calorem so-

---

82) Hendy, lib. cit. pag. 46.

83) Larrey, lib. cit. pag. 92.

84) de Roeser, lib. cit. pag. 52, 53.

85) Alard, lib. cit. pag. 339 — 366.

n esse ejus causam, neque regionis vel aridam l humidam tempestatem; hic enim et in humida gypto inferiore et in arida Aegypto superiore morm inveniri affirmat, — quae res etiam a Larrey [86]), i Elephantiasin magis in Aegypto inferiore, nec nus a Roeser [87]), qui eam magis in Aegypto suriore invenit, probatur. — Quod attinet ad venrum morbum nostrum procreandi vim, credit auctor e quemlibet ventum frigidum, calidam aëris tempeuram sequentem, morbum posse provocare. Eleantiasin praeterea homines, qui constitutione lymatica utuntur, magis quam alios infestare, idem emorat. — Quum igitur, quae a diversis scriptoris de morbi nostri aetiologia tradita sunt, comparvimus, intelligimus causam ejus potissimum aut unirsalem aut partialem corporis refrigerationem esse, ae prae ceteris ortui Elephantiasis ex acuta inflamtione favere videtur. Hanc inflammationem rheuticam censeo, id quod etiam ex crebro ejus reditu ucet. — Eam Elephantiasis speciem vero, quae nsim et sine inflammatione antecedente oritur, posimum ex vasorum, vel lymphaticorum vel venorum obliteratione ortum ducere credo.

Denique attentione digna mihi videtur Larreyi irmatio, causam Elephantiasis scroti interdum esse orbum syphiliticum, neglectum et degeneratum. omnibus nostri morbi observatoribus Larrey so-

---

86) Larrey, lib. cit. pag. 93.

87) de Röser, lib. cit. pag. 54.

lus hanc causam affert, unde jam dubia nobis vide
potest hujus sententiae veritas; sed etiam certa a
gumenta Larreyi affirmationi contraria sunt. V
opinio, qua utitur Larrey de syphilide Aegyptiac
affirmationi ejus contradicere videtur; dicit enim m
bum venereum illic perraro gravia atque eximia sy
ptomata ostendere. De Roeser[88]), qui in Aegyp
morbum venereum observavit, eum ipsius natur
vi exstingui dicit; praeterea in Aegypto, quamqua
cura morbi venerei plane negligatur, tamen nequ
quam morbos secundarios observari, et divites fer
solos, si morbo venereo laborent, medici curatione
petere, nihilominus vero (quod etiam Larrey prodit
etiam inter divites multos Elephantiasi affectos nu
merari dicit. Nonne igitur, si vera esset Larrey
affirmatio, nostris in terris, ubi morbus venereu
gravissimus est, ubi nihilominus saepe neglegitur
ubi syphilis secundaria et tertiaria saepissime inve
nitur, etiam Elephantiasis scroti saepaenumero inve
niretur? Sed perraro haec oculis nostris occurrit. —
Elephantiasin scroti non esse syphilitica natura, Del
pech[89]) disertis verbis ostendit.

§ 8.

In diagnosi Elephantiasis praecipue ejus a
acuta aut chronica origo, deinde stadia ejus et pr
gressus respiciantur. Si morbus a symptomatis i
flammatoriis incipit, inflammatio ipsa et sedes eju

---

88) de Roeser, lib. oit. pag. 67.

89) Delpech, lib. cit. pag. 38.

ile cognosci possunt; num vero ex inflammatione
ephantiasis originem sit ductura, praedici nequit,
m et vasorum lymphaticorum inflammationi et ery-
elati alii sint exitus. Hanc ob rem non nisi ex
tinuata observatione certa diagnosis prodire potest.
m si ex hac inflammatione tumor restat, primum
llis, deinde durescens, si hic tumor paullatim au-
ur, aut si inflammationis impetus, tumore aucto
st singula intervalla revertunt: non est dubitandum,
in adsit Elephantiasis. Si aut tumor sine ullis
nptomatis inflammatoriis incipit, aut inflammatio-
am tumor sequutus est, mitigata fuerit, tumor
mo conspectu facile cum oedemate potest confundi;
l durities tumoris, qui post digitorum impressio-
n foveam non ostendit, cutis qualitas, universalis
groti status, diligens examen de initio et progressu
rbi diagnosin certam reddent.

Elephantiasis Arabum etiam confundi possit cum
ephantiasi Graecorum, id quod complures scripto-
fecerunt. Mollia autem ac squamosa tubercula,
or cutis, decidui crines, hebescentes aut interdum
stincti sensus, praecipue olfactus, gustus, visus,
guae et animi vires plus minusve amissae, univer-
is corporis marasmus [90]) Elephantiasin Graecorum
Elephantiasi Arabum facile discernunt. Difficul-
em in diagnosi imprimis efficire potest Elephan-
sis scroti, quum etiam in scroto saepissime tu-
res se ostendant, qui cum illa affectione confundi

0) Cazenave et Schedel, lib. cit. pag. 332 et seq.

possunt. Huc pertinent hernia scrotalis, hydrocel varicocele, haematocele, peculiarisque sarcocel Comparatio symptomatum, quae Elephantiasis scr praebet, cum symptomatis in libris chirurgicis c piosius explicatis, tumorum, quos nominavimu origo, morbique ipse decursus etiam hic rectam di gnosin adjuvare poterunt. Alia diagnosis difficalt se ostendit, si alius aut complures morbi cum El phantiasi scroti complicati sunt. Hic attentissim tantum ac diligentissima inquisitio naturam mali ex plicare potest. Eadem diagnosis difficultas etiam i Elephantiasi mammae evenire potest, atque etiam hic assidua symptomatum cum tumoribus aliis hi accidentibus comparatio diagnosin firmare debet.

§ 9.

Quod attinet ad vitam aegroti servandam, pro gnosis in Elephantiasi haud infausta dicenda est, nam nulla in scriptoribus legimus exempla, quibus hunc morbum per se mortem attulisse appareat. Quod au tem attinet ad sanationem mali, prognosis haud it prospera dicenda est, quia Elephantiasis hacten in pessimis morbis numerari debet. Attamen in pro gnosi formanda respicienda sunt:

1) Stadium morbi, quia morbus incipiens mult facilius sanari potest quam morbus protractu et inveteratus, quod omnes auctores, inde Rhaze, affirmant, Elephantiasin primo tantum i stadio sanabilem, postea autem plane insanabi lem esse contendentes.

Major aut minor ambitus morbi atque major aut minor cutis telaeque cellulosae degeneratio. Quo major corporis pars affecta est, eo magis corporis functiones turbari eoque majoribus molestiis aegrotum cruciari oportet. Quo magis cutis ac tela cellulosa degeneraverunt, eo difficilius est, has partes in naturalem atque sanum statum reducere, eoque etiam majores sentit aegrotus molestias.

Sedes morbi. Quoad sedem Elephantiasis scroti et mammarum idcirco meliorem prognosin permittunt, quia ope exstirpationis morbus una cum sede sua tolli potest.

§ 10.

Curatio Elephantiasis inde ab antiquissimis temibus difficillima fuit, quod jam apparet ex multis ediis, quae in usum vocata sunt, quibus tamen bus saepissime restitit. Praecipuas autem curandi hodos, quae propositae et adhibitae sunt, hic breer perstringamus.

Rhazes[91]), qui morbum orientem solum sanam arbitratur, in hoc stadio contra eum commen- haec: Abstinentiam a cibis digestu difficilibus, etum affectae partis situm; emeticorum et laxanm usum, deinde venaesectionem in fossa poplitea ituendam; externe cataplasma ex aloë, myrrha, nine cet.

) Rhazes lib. cit.; ad. Almans. cap. 93; divis. cap. 107.

Severinus [92]) in viro, qui Elephantiasi cruris affectus erat, setaceum et decoctum Sarsaparillae in usum vocavit.

Hillary [93]), qui cum Rhaze morbum incipientem solum esse sanabilem credit, moderatam et cautam venaesectionem commendat, vomitum aut provocandum, aut si jam adest, augendum esse censet; praeterea remedia sudorifica et laxantia laudat ad egerendam materiam morbosam et peccantem ex organismo aegroto, porro complura et composita medicamenta v. c. corticem Peruvianum et balneum frigidum sicut partium affectarum ope fasciarum compressionem.

Hendy [94]) in primo morbi stadio localem sanguinis detractionem utilissimam putat, emetica autem rejicit, opinatus vomitum ex irritatione tunicae ventriculi mucosae proficisci; immo, ut vomitus et simul anxietas aegroti removeatur, Zinc. oxydat. alb. adhiberi suadet. Denique quum morbum in insula Barbados tantum endemicum putet, insulam oriente morbo ab aegris relinqui suadet, quo sanatio sequatur.

Larrey [95]) contra Elephantiasin pedum in primo gradu interna remedia resolventia commendat, externe caustica, imprimis ignem, deinde compressionem, et his remediis virum quendam circiter triginta

92) Severinus, op. cit. lib. IV, cap. 4.
93) Hillary, lib. cit. pag. 111 et seq.
94) Hendy, op. cit. loc. cit.
95) Larrey, op. cit. loc. cit.

os natum, et Elephantiasi incipiente laborantem sanasse affirmat. Ulteriorem morbi decursum tradi non habuit occasionem, nihilominus autem lit, si illa remedia sanationem non efficiant, crus utari posse. Contra Elephantiasin scroti (*sarle*) commendat remedia Antimonialia conjuncta Hydrargyro et remediis sudorificis, alternatim rpositis acidorum mineralium parvis dosibus, et rne lotiones aut cum Acido sulph. decocto mucinoso diluto aut cum solutione Ammonii muriat., non tumoris compressionem. Incisiones et cau- hoc in casu inutilia esse credit. Quae remedia necessum non habeant exstirpationem commendat, n ipse feliciter instituit.

Delpech [96]) virum Elephantiasi pedum laboran- sanavit compressione, fascia lanea effecta, et eis calidis. Mane et vespere aegrotus praeterea ebat Flor. sulph. gr. X in decocto Dulcamarae postea Extr. Dulcam. gr. VI addita sunt. Alii oto, qui jam octo annos Elephantiasi pedum laborat, sola fasciarum lanearum applicatio magnum it levamen. Hydrarg. muriatic. coross. cujus XXX aeger in forma pilularum sumsit, neque s Solutionem Fowleri, quam per bimestre tem- spatium adhibuit et Aurum muriat. inefficacia dia esse censet; simul contendit, a medicamim metallicis abstinendum esse, quia morbum sae-

---

96) Delpech, lib. cit. pag. 39 et seq.

pissime augent. In Elephantiasi scroti amputationem feliciter suscepit.

Rayer [97]) in stadio inflammatorio venaesectionem et fomenta ex decoctis narcoticorum praeparata, denique, inflammatione remota, compressionem, simulque Solutionis Plumbi acetici usum externum commendat. In casibus inveteratis, quantum ille quidem arbitratur, nihil efficit curatio. Amputationem nullam afferre utilitatem contendit, quum morbus postea redierit. Neque omnino vesicatoria aut scarificationes juvant, quia per localem irritationem morbum augent.

Alard [98]) in stadio inflammatorio antiphlogisticum regimen, quietum atque horizontalem aegrotae partis situm commendat, et ut haec pars emollientibus ac narcoticis cataplasmatis obtegatur, suadet; venaesectionem magna tantum cum cautione suscipiendam esse dicit; eo magis autem applicationem hirudinum officinalium laudat. Emetica quoque, quae est etiam Hendyi sententia, caute ut adhibeantur suadet; et ad vomitum spontaneum sedandum Zinci oxyd. alb. commendat. Ad remanentem tumorem removendum compressionem fasciarum ope adhibet. In morbo progresso remedia emetica atque laxantia alternatim adhibenda commendat, quibus nonnullos aegrotos sanatos esse affirmat. Praeterea etiam superfusiones ex aqua *(Douche)* fervida, subactionem

---

97) Encyclopädie der medicin. Wissenschaften nach dem Dict. de medic. Her. v. Meissner. Band IV. pag. 103.

98) Alard, lib. cit. pag. 373—393.

ntis (*Kneten*), Scillam, et Antimonialia commen-
it. Utilem quoque vim electricam praecipueque
tum electricum, ex quo dolor aegro excitatur, cen-
t. Remedia Mercurialia non modo non utilia esse,
d etiam malum deterius reddere arbitratur. Idem
nputationem partis Elephantiasi affectae haud com-
robat, quum malum in aliam irruat partem.

Cazenave et Schedel[99]) in stadio inflammato-
o remedia antiphlogistica cum emollientibus et tan-
m in graviore inflammatione venaesectionem, alias
item hirudines commendant; emollientia cataplas-
ata utilissima habent. In ulteriore morbi decursu
nguinis detractionem plane inutilem putant, nec
inus vesicatoria, cauteria et Mercurialia. Prosper-
mum eventum ex compressione aegrotae partis
sciis instituta et ex resolventibus praecipue Iodi in-
ictionibus viderunt (℞ Kali hydroi. ʒβ, Axung. ℥i).
raeterea suadent, partes aegrotas vaporibus aquo-
s exponere, easque (dum vaporibus emolliuntur)
alaxare, et omnia remedia interna, exceptis laxan-
bus, inutilia et supervacanea censent, exstirpatio-
em denique anceps remedium vocant; in clinico,
ui praefuit Biett, aegrotum quendam viderunt, cui,
rure Elephantiasi affecto amputato, malum in bra-
hium reversum est.

Clot-Bei[100]) in Elephantiasi scroti interna re-
nedia, ut Antimonialia, Mercurialia, sudorifica, nisi

99) Cazenave et Schedel, lib. cit. pag. 478—480.

100) de Roeser, lib. cit. pag. 56.

perniciosa attamen certe inutilia esse putat. Remedia autem caustica et setaceum morbum deteriorem reddere arbitratur. Interne diaeteticam et antiphlogisticam curationem, externe cataplasmata emollientia et hirudines commendat, quibus se complures aegrotos sanasse affirmat. Quae remedia, nisi sanationem afferant, amputationem scroti probat, quam ipse prospero eventu instituit.

Ex singulis hisce morbo nostro medendi methodis, a variis medicis laudatis, concludere licet.

In stadio inflammatorio (imprimis, postquam Hendy propriam morbi naturam melius perspexit) curationem antiphlogisticam morbi naturae congruam esse et quidem interne refrigerantia laxantiaque remedia atque diaetam; externe hirudines et emollientia narcoticaque cataplasmata in usum esse vocanda, tumorem vero, qui post inflammationem fortasse restat, fasciis alligatis esse comprimendum.

Si vero morbus jam protractus est, non nisi ex remediis emollientibus et resorptionem augentibus successum sperare licet; huc pertinent localia vaporis balnea, infrictiones unguenti Iodi, prae caeteris vero constrictio affectae partis, ope fasciarum comprimentium.

Haec remedia, nisi malum plane depellant, attamen certe magnum afferre levamen Ill. Baum[101]) dicit, qui cucurbitulis, hirudinibus, Unguento Iodi, applicationeque fasciarum complures aegrotos haud sine successu curavit.

---

101) Mündliche Mittheilung.

Quod attinet ad partium Elephantiasi affectarum
stirpationem, fere omnes auctores affirmant, ex-
rpationem et resectionem vel scroti, vel labiorum
bis felicissimo cum successu esse institutam, post
nputationem extremitatum vero morbum alias cor-
ris partes, antea sanas, fere semper corripuisse.

Elephantiasin scroti et majorum pudendi labio-
m amputatione radicitus curatam esse, multae do-
nt observationes. — Primum amputatio facta est
Severino [102]) in Elephantiasi majorum pudendi la-
orum, uti jam ante dictum est. Deinde amputa-
nem scroti Elephantiasi affecti suscepit Larrey [103])
coquo quodam in monasterio Capuzinorum, quod
it Cayri, versanti. Plures etiam aegrotos ad
putationem praeparaverat, quum Gallorum exer-
us Aegyptum relinquere coactus est. Delpech [104])
urbe Montepessulana operationem item faustissimo
n eventu fecit, quamquam aegrotus post semestre
nporis spatium alii morbo succubuit. Elephan-
sin majorum pudendi labiorum prospero eventu
. Talrich [105]) Perpiniani resecuit. Multa opera-
num ab Aegyptiacis medicis feliciter factarum
empla exstant. Clot-Bei [106]) anno 1830 scrotum
ephantiasi affectum, quod, operatione peracta,
) lib. pondo erat, prosperrimo eventu exstirpavit,

02) Severinus, op. cit. lib. IV. cap. 3.
03) Larrey, lib. cit. § sarcocèle.
04) Delpech, lib. cit. pag. 13 et seq.
05) Ejusd. lib. pag. 68 et tab. XXIX.
06) de Roeser, lib. cit. pag. 57 et seq.

quamquam ob degenerationem funiculorum spermaticorum etiam testiculi simul resecandi fuerant. Deinde etiam Gaëtani[107] et Grassi[108]) Elephantiasin partim suis ipsorum methodis felicissimo cum eventu removerunt. Anno 1838 etiam a Graefe[109] Berolini amputatio scroti Elephantiasi affecti felici eventu facta est.

Amputationem autem pedum, Elephantiasi affectorum, infausto eventu factam esse, Hillary, Hendy, Alard, Cazanave et Schedel[110]) narrant. Larrey[111]) amputationem probat, si alterum tantummodo crus Elephantiasi affectum sit, quam quidem operationem ipse non fecit.

Si intuemur in natura morbi, de quo disserimus, si ponimus, Elephantiasin plane localem esse affectionem, cujus natura in scroto non alia esse potest, quam in extremitatibus, credi debebit, exstirpationem extremitatum eundem polliceri successum, quem ex amputatione scroti observarunt Chirurgi. Mirum si est, quod experientia contrarium edocet, meum non esse puto hujus rei abditas explicare causas.

107) et 108) Ejusd. lib. pag. 61 — 64.

109) De Elephantiasi scroti, Dissert. inaug. auct. B. J. Redlich. Berol. 1838. pag. 27.

110) Opera cit.

111) Larrey. lib. cit. pag. 95.

Historia morbi.

Vidua G.... quinquagesimum octavum annum
ens, sanis parentibus nata est, quum certe neque
ter, neque mater eo malo laboravit, quo ipsa
stea affecta est. Gaudebat, quantum meminit,
na valetudine usque ad tricesimum octavum aetatis
num. Hoc autem tempore extemplo erysipelate
moris dextri affecta est. Totum femur intumuerat
que aequaliter erubuerat, duras, rubras, doloro-
s chordas vero aut tumorem doloremve glandula-
m inguinalium se observasse negat; erysipelas au-
m gravi cum febri et sudore et vomitu conjunctum
at. Mox erubescentia atque tumescentia in crus
nsierunt, in femore autem evanuerunt; eodemque
mpore pes simul tumore afficiebatur. Aegrota crus
itio stuppa involvebat, tunc autem cataplasmata ca-
la applicabat et nonnullis post diebus tumor in
alleolo interno, ubi crassissimus erat, sponte aper-
s est. Ex apertura profluebat pus tenue et tumor
crure minuebatur. Neque tamen apertura concre-
t; margines se retrahebant et callosi fiebant et in
c loco, quod etiam nunc restat, ulcus remansit. —
nno MDCCCXXVIII. aegrota morbo venereo af-
cta in nosocomium nostrum adducta atque ibi sa-
ta est. Ad ulcus et tumorem cruris vel augen-
m vel repellendum neque morbus neque curatio
us quidquam contribuerunt; sed tumor et durities

usque ad hoc tempus magis magisque crescebat, et in hoc decursu sensim se manifestabat cutis degeneratio, quam mox describemus. Interdum in Clinico nostro chirurgico auxilium petebat, sed neque illa neque unguentis cataplasmatisve, quae ipsa adhibebat, auxilium assecuta est. — Februario hujus anni mense denuo in Clinico chirurgico auxilium quaesivit, statusque tum erat hic: Universalis valetudo satis bona erat; neque malum pedis ingressum prohibuit. Femur dextrum nihil morbosi ostendit. Glandulae autem inguinales dextri lateris durae ac tumidae erant usque ad nucis avellanae magnitudinem. Sedem morbi in crure et in pede invenimus. Crus inde a dextro genu valde tumefactum, in medio crure ambitum vel circumferentiam viginti pollicum praebuit, quae pedem versus paulo minuebatur. Prope genu mollior erat, impressionem digiti accepit, infra genu vero duritiem cartilagineam ostendit, et in hoc loco cutis, quae in regione genu sanum exhibet colorem, fusca apparet, squamis fuscis obtecta; genu sanum colorem, sed multas varices ostendit. In malleolo interno ovatum ulcus se ostendit, longitudinis 5″ et latitudinis 2″ est. Fundus ejus squalidus et rubris eminentiis obtectus, facile, dum tangitur, sanguinem mittit. Margines haud ita eminent, sed durissimae, callosae, lividae, rubris tuberculis, quae verrucis similia videntur, tectae sunt. Secretio seroso-lymphatica est, foetidum edit odorem et per diem complures uncias profert. Ambitus cruris hic 1′ 2″ adhuc continet. In articulatione pedis sulcus est ½″ pro-

ndus, ruber itemque iis, quae ante meminimus,
scis tuberculis contectus. Cutis malleoli externi
que ad calcem cinereum prae se fert colorem, la-
que, et corneis et verrucosis eminentiis tecta est.
sulco, quem diximus, tumor in dorsum pedis pro-
gatur; pedis etiam digiti nonnihil tumefacti appa-
nt, durities in dorso pedis minor est quam in crure.
item dorsi pedis, ut malleoli externi, corneae at-
e verrucosae excrescentiae contegunt, quae tamen
magis acutae et linguae papillis similes sunt, ita
pes splendentem holoserici praebeat adspectum.
anta pedis et digitorum superficies plantaris om-
ino sanae ac normales sunt.

Ex decursu morbi praesenteque cruris statu
quisito, Elephantiasin Arabum statim cognoscere
uit. Involutioni autem cruris, quam Ill. Baum
n antea optimo cum eventu instituerat, sordidus
ceris status et enormis secretio obstiterunt; itaque
grotae usus Solut. Calc. oxymur. praescriptus est,
i aliquamdiu continuebatur. Postea involutio qui-
m tentata est, sed mox eam ob magnam illam
cretionem, quae fascias celeriter madefaceret, et
opter calidam aestatis temperaturam molestissima
it, relinqui oportebat. Itaque aegrotae denuo ad-
oitio Sol. Calc. oxym. praescripta est, quam illa
que ad finem mensis Septembr. continuebat, quum
mptomata orientis hydrothoracis apparebant.

VITA.

In Guestphaliae pago, cui nomen est Neukirchen, eg Guilelmus Schultze, ecclesiae addictus catholicae die XVI. mensis Aprilis anno MDCCCXVIII. natu sum, patre Josepho Schultze, quem vivum adhu pia mente veneror, matre Maria Anna e gente Rings quam praematura morte mihi abreptam maxime lugeo cujus in locum autem successit Maria e gente Boe kamp, noverca maxime veneranda.

Primis literarum elementis domi imbutus, missu sum in Progymnasium Retbergense sub auspiciis Recto ris Clar. Laymann florens, quo post quinque anno relicto, adii Gymnasium Monasteriense, quod tum Di rectore Ill. Nadermann florebat. Duobus annis per actis, testimonio maturitatis instructus reliqui Gymna sium et auctumno ejusdem anni in civium Academiae Monasteriensis numerum a Rectore Magnifico Ill. Beat Schlueter receptus, philosophiae studiosis ab Ill. Beat Roling, philosophorum ordinis t. t. Decano, adscri ptus sum. Scholis interfui hisce:

Ill. Beat. Roling me edocuit Physicen et Astrogno siam,

Ill. Esser Psychologiam, Logicen, specialem anim Phaenomenologiam,

Cel. Becks Geognosiam,

Ill. Winiewsky mihi explicavit Platonis Phaedonem.

Semestre hoc peracto, paschali tempore almam universitatem Gryphicam petii, cujus civibus ab Ill. Filius, t. t. Rectore Magnifico, adscriptus et nomen meum apud Ill. Schultze, t. t. Decanum gratiosi medicorum ordinis, professus disserentes audivi:

Ill. Huenefeld de Mineralogia et de Chemia theoretico-practica,

Ill. Hornschuch de Zoologia, de Botanice universali et pharmaceutica; Eundem corpora naturalia Musei zoologici demonstrantem audivi, nec non in Excursionibus botanicis secutus sum,

Ill. Schultze de Osteologia et Syndesmologia, bis de Anatomia corporis humani et de Anatomia pathologica, de Physiologia, de Arte cadavera rite dissecandi,

Cel. Laurer de Osteologia et Syndesmologia; Idem dux mihi erat in Exercitationibus operationum chirurgicarum in cadavere instituendis,

Ill. Seifert de medicinae Encyclopaedia et Methodologia, de Pathologia generali, Materia medica, Semiotice, de Methodo formulas medicas concinnandi, de Arte fascias rite alligandi, de Medicina forensi, de Politia medica,

Ill. Berndt de Therapia generali, de Pathologia et Therapia speciali, de Morbis psychicis et puerperarum, de Arte obstetricia,

Cel. Beat. Kneip de Chirurgia universali et speciali, de Akirurgia, de Ossium fracturis et luxationibus,

Exp. Berndt de Morbis organorum pectoris cum Auscultationis et Percussionis exercitationibus, de Operationibus obstetriciis in phantomate instituendis, de Ophthalmiatrice, de Historia medicinae.

Ill. Baum de Ophthalmiatrice.

In Clinico medico et obstetricio dux mihi erat Ill. Berndt, in clinico chirurgico et ophthalmiatrico Beat. Cel. Kneip, post ejus obitum Ill. Berndt et per duo semestria Ill. Baum.

Omnibus his praeceptoribus summe colendis gratias quam maximas habeo et habebo in aeternum. Singulares vero grates debeo venerando Ill. Baum, qui non solum et consilio et libris ad conscribendum hoc opusculum maxime me adjuverit, sed etiam eximia benignitate et humanitate semper in me usus sit, ut piam erga Eum venerationem gratumque animum tempus nequeat exstinguere.

Jam vero tentaminibus tam philolosophico quam medico atque examine rigoroso rite superatis, spero fore ut, dissertatione thesibusque defensis, summi medicinae, chirurgiae, artis obstetriciae in me conferantur honores.

THERES DEFENDENDAE.

I.

drargyrum muriaticum mite est optimum remedium antiphlogisticum internum.

II.

meticum, jam indicatum, nunquam laxantibus expletur.

III.

ectus menstruorum non semper morbi phaenomenon.